

ung.

II 76

soph.  
12.

~~G. H. H.~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.  
VITEBERG.

11-76.

SIGNAT. 1515 CCCXIII.

עמִרִי עֲשָׂו:

Positionum Metaphysicarum

DENARIUS SECUNDUS,

De  
QVIDDITATE  
ET CONCEPTU ENTIS,

*In Florentissima Leucorēa*

PRÆSIDE

M. JOHANNE MANITIO,  
Electoral. Alumno, & Facult. Philos.

ADJUNCTO,

*Publicæ disputationi s̄istit*


JOHANNES Gößner / Calb. Sáxo,

In Acroaterio Majori, ad d. 6. Septembr.

WITTEBERGÆ,

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.

Anno M. DC. LXV.



POSITIO PRIMA.

**Q**uem detur peculiare objectum Metaphysicæ, à reliquo  
varum disciplinarum objectis distinctum; Ideò, non  
in gratiam Aristotelis, aut alterius cujusdam Inter-  
pretis, eam ut peculiarem, & distinctam à ceteris, di-  
sciplinam agnoscimus, neq; tamen eandem, ut Ramistæ per-  
petram faciunt, cum Logica confundimus.

POSITIO SECUNDA.

Inter varias appellationes verò & titulos honorarios sive  
Encomia, ubi modò dicitur *Philosophia*, modò *σοφία νά̄του ξό-χνη*, modò *ἀντλεγία* ab objecto, &c. Non immeritò retinetur  
illa, ubi, non quidem satis etymologicè, tamen convenienter &  
appositiè, nuncupatur METAPHYSICA, qvùm agat *τὸν μὲν τὸν Φυσικὸν, sive particula μετὰ per post, ratione inventionis aut Doctrinæ; sive per trans vel supra, ratione rerum seu objecti, explicetur.*

POSITIO TERTIA.

Genus Metaphysicæ adæqvatum non est *Ars*, sive sumatur sen-  
su Luciano ac Ramistico pro Systemate, sive Aristotelico, qvatenq;  
rerum est effectibulum; Neg̃ prudentia, qvippe qvæ est rerum  
contingentium & agibilium; neg̃ intelligentia, qvæ unicè pri-  
morū est principiorum; Neg̃ scientia aut Sapientia & πέπονη,  
qvæ est rerum particularium; Neg̃ sapientia prima, cum hæc sit  
synonymum ejus grammaticum; Sed sapientia præcisè spectata,  
qva est habitus animi qvicunq; diavontinæ, cum notitia principio-  
rum simul notitiam conclusionum conjungens.

POSITIO QVARTA.

Requisita sapientiæ, qvæ recensentur, utpote (1) qvod omnia  
cognoscat in universalī (2) sciat res difficillimas (3) habeat no-  
titiam certissimam (4) habeat aptitudinem maximam ad do-  
cendum (5) propter se expetatur & (6) deniq; præsit aliis, sapi-  
entiæ primæ rectius tribuuntur, qvām eidem præcisæ aut ab-  
stractæ.

POSITIO QVINTA.

Objectum Metaphysicæ non est omne Ens in suppositione per-  
sonali; Sed Ens qvat. Ens est in suppositione simplici, ubi particula  
exponibilis explicari potest, tum reduplicativè, qvia notat cau-  
sam, cur ens sit objectum Metaphysicæ, ob essentiam scil. suam  
propriam & intrinsecam; tum specificativè, qvia determinat ob-  
jectum

jectum, aliás reliquis disciplinis commune, & designat, quod nō  
in quidditate particulari, sed universalis accipi debeat. Potest  
itaq; propositio hæc: *Ens quæat. Ens*, exponi dupliciter (1. *αἰτιο-*  
*λογικῶς causaliter, Ens*, quia *Ens* est (2. *ἰερικῶς specificative*,  
hoc modō *Ens* quod *Ens* est, est objectum Metaphysicæ.

POSITIO SEXTA.

Objectum itaq; Metaphysicæ non est Deus, nec Deus cum In-  
telligentiis, nec substantia immaterialis, nec substantia in communis,  
nec *Ens* divisum in X. prædicamenta, nec solum *Ens* creatum, quip-  
pe quæ objecta omnia latitudini Metaphysicæ non respondent,  
sed in defectu peccant. POSITIO SEPTIMA.

Neq; tamen propterea ejusdem objectum est *Ens generalissimè*  
sumtum, prout *Ens* rationis, juxta ac reale, positivum & priva-  
tivum, per se & per accidens, actuale & potentiale, complexum  
pariter & incomplexum includit, in excessu enim ista objecta  
peccant. POSITIO OCTAVA.

*Abstractione*, quæ in Metaphysicis obtinet, non est ea, quæ se-  
cundum rem & rationem est, nec ea, quæ secundum essentiam  
à materia, nec ulla alia, sed ista, quæ est secundum indifferen-  
tiam. POSITIO NONA.

Dividitur Metaphysica adæquatè in partem communem &  
propriam, ita quidem ut illa agat de natura Entis abstractissima  
& affectionibus communissimis, substantia pariter & acciden-  
tibus competentibus; Hæc verò præcipiat de specialioribus es-  
sendi gradibus & minus abstractis Entis rationibus, ita enim  
objectum ejus intellectui nostro sese silit.

POSITIO DECIMA.

*Finis* Metaphysicæ l. directus est l. indirectus. Ille iterum est l.  
absolutus s. internus, & consistit in declaratione terminorum  
communissimorum & conspicitur in imbuendo & perficiendo  
intellectu nostro cognitione rerum maximè universalium, pu-  
rificando ipsum ab ignorantia prædicatorum generalissimo-  
rum, distinctionum communissimarum & summorum cuiusq;  
rei generum; vel respectivus seu externus, qui respicit alias disci-  
plinas & facultates & in iisdem sese exerit. Indirectus v. est, qui  
non directè ex ipsius Metaphysicæ natura fluit, sed ex hominum  
intentione, & ita quasi ex accidente est & pro arbitrio hujus  
vel illius Metaphysici variat.

T A N T U M!


**ULB Halle**  
005 129 222

3



*Rechts*

TD 17



**Farbkarte #13**



עַמְּרִי עֲשָׂוָה  
Positionum Metaphysicarum  
DENARIUS SECUNDUS,  
*De*  
**QVIDDITATE**  
**ET CONCEPTU ENTIS,**  
*Qvem.*  
In Florentissima Leucoréa  
PRÆSIDE  
**M. JOHANNE MANITIO,**  
Electoral. Alumno, & Facult. Philos.  
ADJUNCTO,  
Publicæ disputationi s̄istit  
**JOHANNES Gößner / Calb. Sáxo.**  
In Acroaterio Majori, ad d. 6. Septembr.  
WITTEBERGÆ,  
Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.  
Anno M. DC. LXV.